



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Nouo Testamento Quatuor Eua[n]=||gelia

Erasmus, Desiderius

Erphordie, 1520

VD16 B 4591

Capvt. XXIIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34488

læa, viderūt monumētū, & quēadmodū positū erat corp⁹ ei⁹, Res
uersæ vero, parauerūt aromata & vnguēta, ac sabbato quēdē quie
uerūt secundum præceptū. ¶ CAPVT. XXIII.

No autē sabbatorū pfundo crepusculo, venerūt ad mo
numētū, portantes q̄ parauerāt aromata, & nonnul
læ cum illis. Reppererūt autē lapidē reuolutū a monu
mēto, & ingressę nō inuenerūt corp⁹ dñi Iesu. Et factū est dū mēte
cōsternatæ essent de hoc, ecce duo viri steterūt iuxta illas in vesti
bus fulgurantib⁹. Cū expauissent autē, & declinarent vultū in ter
rā, dixerūt ad illas: Quid quæritis, viuentē cū mortuis? Non est
hic, sed surrexit. Recordamini vt dixerit vobis, cū adhuc in Galí
læa esset, dicēs, qđ oportuerit filiū hois tradi in man⁹ hoim pec
catorum, & crucifigi, & die tertio resurgere. Et recordate sunt
vborū eius, & regressæ a monumēto nunciauerunt hæc oīa illis
vndecim, & cæteris oib⁹. Erat autē Maria Magdalene & Ioanna &
Maria Jacobi, & cæteræ q̄ cū eis erāt, q̄ dicebant ad ap̄tos hæc Et
visā sunt ap̄ illos ceu deliramētū verba illarū, neq̄ crediderūt il
lis. Petr⁹ autē surgēs cucurrit ad monumētū, & p̄spiciēs vidit lin
teamina sola posita, & abiit, apud semetipsū mirans qđ acciderat
Et ecce duo ex illis ibāt eodē die in castellū, qđ aberat spatio sta
diorū sexaginta ab Hierosolymis, noīe Emaus, & ipsi confabu
labāt inter se de his oib⁹ q̄ acciderāt. Et factū est dū cōfabularent,
ac disputarēt, & ip̄e Iesus ap̄ p̄pinquās ibat vna cū illis. Cæteg
oc̄i illoꝝ tenebāt, ne eū agnoscerēt. Et ait ad illos: Qui sūt hi ser
mones quos cōfertis inter vos ambulantes, & estis tristes? Ac res

SECUNDVM.

Spōdens vn⁹, cui nomē Cleophas, dixit ei: Tu sol⁹ peregrinus es Hierosolymis, neq; cognouisti q̄ facta sunt illic his diebus? Qui bus ille dixit: Quē? Et dixerūt ei: De Iesu Nazareno, q̄ fuit vir p̄pheta, potens ope & sermōe corā deo & toto pp̄lo: & quō eū tradiderūt sūmī sacerdotes, & p̄cipes nr̄i in cōdēnationē mortis, & crucifixerūt eū. Nos autē sperabam⁹, eū esse illū q̄ redēptur⁹ esset Israel. Atq; sup̄ hęc oīa terti⁹ dies est hodie, q̄d hęc facta sunt. Sed & mulieres q̄dam ex nobis attonitos reddidere nos, quæ diluculo puenerūt ad monumentū, & nō inuēto corpe eius, venerunt, dicētes, se etiā visionē angelorū vidisse, qui dicerēt, eū viuere. Et abierūt q̄dā eorū qui erāt nobiscū ad monumētū, & ita repperūt, sicut mulieres dixerāt, ip̄m vō nō viderunt. Et ip̄se dixit ad eos: O stulti & tardi corde ad credēdū in oibus, q̄ locuti sūt p̄pheta: Nōne hęc oportuit pati Christū, & intrare in gloriā suā? Et exorsus a Mose & oibus p̄phetis, interpretabā illis in oib⁹ scripturis q̄ de ip̄o erāt. Et ap̄ p̄inquauerūt castello q̄ ibāt, & ip̄se p̄ferebat se longi⁹ ire. Et coegerūt illū, dicētes: Mane nobiscū, qm̄ vergit ad vesp̄ā, & inclinat⁹ est dies. Et intrauit vt maneret cū illis. Et factū est dū accūberet cum eis, accepit panē benedixit ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorū, & agnouerūt eū, & ip̄se euasit a cōspectu eorū, Et dixerūt inter se: nōne cor nr̄m ardebat in nobis, dū loq̄ret̄ nob̄ in via, & ap̄iret nob̄ scripturas? Et surgētes eadē hora regressi sunt Hierosolymā, & inuenerūt cōgregatos vnde cū, & eos q̄ cū ill̄ erāt, dicētes: Surrexit dñs v̄e, & apparuit Simōi. Et ipsi narrabāt q̄ gesta erāt in via & quō fuisset agnit⁹ sibi in fra

ctione panis. Dum autē hęc loquuntē, stetit Iesus ipse in medio eorū,
 & dicit eis: Pax vobis. Expauēfacti vero & conterriti, existima-
 bant se spiritū videre, Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogi-
 tationes ascendunt in cordibus vestris? Videte manus meas &
 pedes meos, quia ego ipse sum. Contrectate me & videte, quia
 spiritus carnē & ossa non habet. sicut me videtis habere. Et cum
 hęc dixisset, ostendit eis manus ac pedes. Adhuc autē illis nō cre-
 dētibz p̄ gaudio & mirantibus, dixit eis: Habetis hic aliquid
 edulij? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & aliquid de fauo
 apiario. Et accepit, & in conspectu illorum cōedit. Et dixit ad
 eos: Hęc sunt verba, quę locutus sum ad vos, cū adhuc essem vo-
 biscū: quod necesse foret impleri omnia quę scripta sunt in lege
 Mosi, & prophetis, & psalmis de me. Tunc aperuit illorū men-
 tē, vt intelligerēt scripturas, & dixit eis: Sic scriptū est, & sic oportebat
 Christū pati, & resurgere a mortuis tertio die, & prædicari
 sub noīe eius p̄nitentiā ac remissionē peccatorū in oēs gentes,
 initio facto ab Hierosolymis. Vos autē estis testēs horum. Et ecce
 ego mitto promissum patris mei super vos. Vos autē sedete in ci-
 uitate Hierusalem, quoad usq; induamini virtute ex alto. Eduxit
 autē eos foras vsq; in Bethaniā, & sublati in altū manibus suis, be-
 nedixit eis. Et factū est dū benediceret illis, recessit ab eis, ac fere-
 bāt in cælū. Et ipsi adorato eo, regressi sunt Hierosolymā cū gau-
 dio magno, & erāt sp̄ in tēplo, laudātes & b̄ndicētes deū. Amen.

EVANGELII. SECVNDVM
 LVCAM FINIS.

T iij